I
137917a
Incunabel

E. S.

56. 5.

Psalterium beati Brunonis episcopi herbipolensis

Ex Catalogo Vallis Dei Inscripta.

I
137917 a
Incunabel



Corrigendi emendãdiq; psalterij plogus beati Brunonis: Episcopi Herbipoleñ. breuis cõmendatio. ꝛ quõ ꝓficue legẽdum sit istud psalterium institutio ꝛ cohortatio.

Qua non cudimus sed vetera renouam⁹ ꝗ̃uis vetera renouata nõ unq; soleant videri noua.

Quod ꝛ in hoc psalterio plerisq; posse euenire non dubitam⁹. qui vetus istud psalterũ per Origenez Hieronimũq; emendatũ. ac emendatõnis sue signis figurisq; insignitũ. sicuti nunc ab eis legendũ ecclesijs traditum est. atq; nunc longo tempore interuallo. ab vsu noticiaq; hominũ haud etiam mediocriter doctoꝝ abolitum. ꝛ pene ab hominuz memoria ablatum. iterum in lucem restitutũ. reintegratum. emendatũq; cõspicientes. nouũ illud atq; recenter ei⁹ horatũ autumabunt. quod pene in lingua latina vetustissimũ habeꝛ. vñ ꝛ illorum opinionis iudiciũ eiusdem psalterij vetusti codices qui hodie habentur ꝛ videntur cõfutant. Quinimo ꝛ ipm ꝛ tale fuisse ante ãnos mille. Origenis sanctoruinq; patrum Hieronymi ꝛ augustini in plurib⁹ sancte scripture locis testatur auctoritas. quoꝝ tempib⁹ ꝛ grecis ꝛ latinis ecclesijs ꝓcelebre habitum est. ꝛ post eos ꝙ multa temporũ volumina a studiosis viris diligenter obseruatũ. Porro tepescente hominũ ad diuinas lras studio inualescẽtibusq; illecebraꝝ ambitionis auriq; cupiditatibus. fastiditũ atq; adeo in desuetudinẽ iri paulatim missum est egregiuz opus (qõ tãmulto labore a patribus ꝙ cõmuni omniũ vtilitate fabre factũ est) vt nostra tempestate eius vix vestigiũ relictũ videatur. Et ꝓfecto nisi studioso⁹ ꝛ quoꝝdã etiã sanctoꝝ patrũ diligenti cura ꝛ curiosa diligentia, putse posteritati eius vel pauca exemplaria reliquisset. ꝛ nos ignorauisse mus nec alijs euestigio ꝓtradere istud potuissemus. Cuius pulcritudinẽ. vtilitatẽ ac dignitatẽ lõ non verbis cõmẽdandã exclamandãq; necessariuz arbitramur. ꝙ sese sine laudatore laudatũ. ꝛ sine ꝓcone ꝓconio omni dignum demonstret diligenter ꝛ sine inuidia legẽtibus. Quapropter nõ minimas grates pr̃i luminũ deo imortali ꝛ clemẽtissimo agere iustũ censem⁹. ꝙ etiã in hac re hũanã miseratus ignorantiã. veritatis sancte lucernã (tam multis seculis sub modio absconsam) sup cãdelabrũ reponens. oibus ꝙ in domo dei sunt relucere fecit. Sz ꝛ illis grates nõ habere insuetuz arbitramur. ꝙ quoꝝ religiosam solicitudinẽ eterna dei sapia salutarẽ nobis istã eruditõis doctrinã ad nos vsq; puenire voluit. Inter ꝙs beatus pr̃ Bruno sm seculi dignitatẽ Cõradi secundi ĩperatoris patruelis. sm deꝝ ꝺo electiõez herbipoleñ. olim ꝓclarus ẽps. religione ꝛ vita sanct⁹. postq; mortẽ istã tpalẽ (quam subijt anno dñi nr̃i iesu xr̃i millesimo quadragesimo quinto sexto kalendas iunij) etiam miraculis clarus. ꝓter maiora virtutuz opera quibus in dñico ouili pastor bonus ex fuisse quibusq; cõmissuz sibi a dño gregem ꝛ ope ꝛ exemplo semp pauit. thesaurisans nihilominus posteris filijs suis memorabilẽ ꝛ sanctũ psalmoꝝ libruz (ex quo ille impressus ẽ) sumptuo se scriptũ. quasi hereditatis spualis nõminimã portionem reliquit. Quod et ap̃lo nostro beatissimoq; ciuitatis herbipoleñ. primo episcopo sancto Kiliano offerens his eundẽ sanctũ patronũ

Prologus corrigendi emendandiqz.

nostrūz versiculis exorat. Sit collega me sortis pater o Rilliane. Antistes do no qui te veneratur in isto. Donū incē istud lucrosum. donum superogatōis. donuz a celesti patrefamilias digne re munerandū. Quot em ex eo anime p fecerint tot sup crediruz sibi a domino suo talentū lucra eidez dño gratissima acquisisse z suplucratū esse credenduz est. ꝓpter quod z gratiā memoriāqz p petuam apud deū z homines iuste me ruit. Si etenim (vt senatori nostro ma gno Cassiodoro placet diuinarū insti tutionuz libro primo) antiquarijs z li brox scriptoribus diuinox gratia ba benda est. q sese alioscz scribendo salu tariter instruunt z dñi pcepta longe la teqz disseminant. non minor habenda a. q̄ agenda gratia est eis quox studio z impensa scriptox manus sustentata salutares istas lras exarauit. Et ni fal lor laudibus iusti artificis omnib⁹ di gnus est qui artificem ad bonuz opus mouet dirigit z alit. Felix (inquit cas siodorus) intentio. laudāda sedulitas scriptoris. manu hominib⁹ pdicare. di gitis linguas aperire. salutē mortalib⁹ tacite dare z cōtra dyaboli surreptiōes illicitas calamo atramentoqz pugnare Tot enim vulnera Sathanas accipit quot antiquarius dñi verba describit. Sed non minus felix intentio non mi nus laudanda diligentia eius cui⁹ iussu z expensis ista bona fiunt. Magna igitur laude dignus. magna gratiarū actione psequendus. magno deniqz ex tollendus ꝓconio est beatissimus iste pater noster Bruno. cuius vigili cura z solicita prudentia egregiū istud psal terij titulis psalmox ac eozundez the matibus z sūmarijs. collectis. dyapsal matibus. obelis. asteriscisqz insignitū. atqz glosellis autēticis margināq̄ cam pis circumfusis sicut cernitur diserti exposituqz z nobis comparatuz z reli ctum est. Felix ꝓfecto pater qui filios p euangeliū in xpo genitos etiaz mo rtuus docet. felices filij qui caras istas patris reliquias religiosa pietate custo diunt. ac salutiferam doctrinā alta mē te reconditam. imitando in opus san ctum ducunt. Et quid em psalmorum istum codicem nisi beatissimi patris vi te morum actionūqz suarum testem ac caras preciosasqz et sanctas reliquias dixerim. Si quidem opera hominum vestigia sunt quibus eorum vita inue stigatur. Tibi igitur o pater luminū (a quo omnis sapientia z oīe datū opti mū z perfectū mortalibus datur) gra tias quales valemus (z si non quales debemus) dicim⁹. daqz vt dignas aga mus. qui p beatū patrem nostrū z nūc apud te petronū pciosum istū thesau rum z virtutis imitandū exemplar cō seruasti. dignare clementissime pr fru ctum quem in eo patre nostro semina sti. z hodie millesies multiplicare in fi lijs. vt in pfectu animarū nrarum no minis tui gloria magnificetur in secu la. Tibiqz o pater ter quaterqz beate. et pontifex toto euo venerāde felix Bru no grates referimus. impetra vt digne quoqz moribus respondeam⁹. Digniss simas em gratias agere est deo fideli ter seruire sanctorūqz vitam imitari. id ipm quoqz ē deo dignere psallere z in psalterio pficere. Propter qō admonē dus lector est vt si salutifere psalmorū doctrine particeps esse desideret. atqz psalterium non solum habere verūeti am in eo vtiliter psallere z sapite intel ligere velit psalmox mysteria nunquā sine oratione premissa legere z discere incipiat. Ideoqz enim z orationes psal terio ꝑscripte sunt vt ipo positionis or dine monstretur quod sine oratōe de uota vane exordiat lectio sacra. A pn-

cipio quoq; psalterij et primo psalmo legendi initium faciat ⁊ in finem continuando lectōem deducat. multa etēm in posteriorib⁹ psalmor⁹ glosul' omissa sunt que in prioribus scripta habent econtraq; in sequentibus inueniuntur que in p̄cedentibus nullibi reperiunt. quor⁹ tamen collatio ⁊ in prioribus ⁊ in subsequentibus intellectū plurimū iuuat. Sēp quoq; Cassiodori et glose ordinarie in vno plogo tradita de corpore ⁊ capite trifarie locutiōis instructiōnēti ⁊ memorie fixe hereat. Ne in vno eodemq; psalmo psonarū loquentiuz crebra mutatio. confusionē legenti pariat. intelligentiā impediat ⁊ legēdi fastidiū nauseamq; aggeneret. Nihil denīq; superficialiter p̄currat. verba singula trutinet. Nam vis magna in verbis ⁊ p̄prietas seruata est. nedū in textu verūetiam glosellis maxime Cassiodori. qui (vt oratorem decet) nihil incastigatū. nihil ineptiar. nihil denīq; in vbis improprietatis vulgaris admisit. Sed singula vocabula ad vnguē p̄specta in vi p̄pria originisq; natura in orationez disposuit.

¶ in sacra scriptura grāmatico⁹ regule non sp ⁊ vbiq; sunt obseruande.

Datum vo quemlibet etiā sciolum venimus. ne que fideliter sollicite q; emendando elaborata sunt. temeraria p̄sumptione immutet. Nec qō prima fronte dissonuz sibi aut absurduz vel regulis grāmatice artis cōtrariū iudicat. indocte positū aut emendatione dignuz existimans castiget. Sicut in secundo psalmo dirumpamus non dirumpamus. ⁊ p omnes psalmos quibus hoc verbum insertuz est dispositū est non a nobis sed ab his viris qui ante quadringentos imo mille annos eas compositiōis normas obseruare maluerunt. quibus fortasse facilior sensus legentibus p̄beberetur. q̄ grāmaticor⁹ obscuras rudibus tenere inuenticulas quibus ignorantiā intellectus impediret. Illis em nouissimis cōpositionū regulis subtilitatē euphonie. breuitatis ve modus cum difficultate intelligentie cōmēdatus est. Sancti vo patres attendentes verba p̄pter res ⁊ dicentis atq; scribentis intentōez intelligendas. Non vo p̄pter oblectare aures instituta. quo id facilius fieret planissimis vocabulis vsi sunt. Cum vt ait hilarius quarto de trinitate intelligētia dictor⁹ ex causis est assumēda dicendi. q; non sermoni res sed rei est sermo subiectus. ⁊ transumit extra ō ver. sig. intelligentia. Hinc etiā fortasse factū est vt sancti patres olim obprobriū non opprobriū. inluminat non illuminat. adstitit non astitit. ⁊ similia scribi voluerint. ne si artificiosius scriberet: opprobrium illumiat ⁊ astitit. ignaris huius compositionis regule ⁊ simpliciorib⁹ atq; i ea arte minus eruditis p̄pter p̄positionis infractōez obscuriorz ⁊ fortasse non intelligibilis redderetur oratio. atq; ita diuinam scripturaz (oī etati ⁊ cōditioni hominū ⁊ doctis ⁊ indoctis ad salutez necessariam) legendi p̄cluderetur aditus. vel difficultate intelligendi. delectatio in lectōne minueretur. tedium generaretur. animarum q; salus ex lectione frequenti ⁊ feruenti p̄roueniens impediretur. Sancti itaq; viri cognoscentes se sapientibus insipientibusq; debitores. omnes docere conati ⁊ nullu paruulum verbi obscuritate effugare: maluerunt existimo grāmatice p̄terire regulas aut earum in hoc etiam videri ignari. q̄ fratrez in

ea ante rudem in dei vero preceptoꝝ regulis eruditum artificiosa eloquētie obscuritate ꝛ disertitudine a lectōis studio salutari abigere vel retrahere. Et q̄ uis sine dirumpamus sine disrumpamus dicatur in sensu nulla surgat. ꝛ in significatione diuersitas. atq; ad intelligendū nulla aut prava valde obscuritas. vt etiam sine ista querela dirumpamus dici ꝛ scribi posset. quia tamē nō minor est sanctoꝝ patrū in canone scripturarū etiam quo ad grāmaticam q̄ donati seu pristiani auctoritas. maxime cuꝝ ꝛ ipi quod donatus quodq; p̄stianus scripsit non ignorauerint. atq; illis priores etiam tempore fuerint. immutari non licuit qđ non debuit. Nec in hoc eorum auctoritati p̄ferenda est cuiuscunq; grāmatici vel ratio vel auctoritas. quoꝝ nimirum etiam sine ista ratione omnibus iuste p̄fertur ꝛ digne veneratur a cunctis fidelibus sola auctoritas. Nec mirum cum ꝛ in grāmatica locutionū ꝛ assertionū multarum ꝛ in plerisq; regulis p̄ rōne redditur sola volūtas. vt si cur ita dixerint queritꝝ ita placuit ꝛ ita voluerunt nulla adiecta voluntatis eoꝝ rōne vel causa respōdetur. cur igitur sanctoꝝ in hoc minoris cur vel non equalis aut maioris auctoritatis voluntas habēda est. Nec nouum aut p̄sumptuosum putari debet q; nōnulli sancti patres nostri ꝛ grāmatici ꝛ oratores pristino tempe. scientia vero non posteriores eum sequi dedignati sunt. cum nec ipse suos maiores ꝛ grāmatice p̄fessores varronē dico (Tullio teste) facile omniū doctissimū. ꝛ didimū (Macrobio teste quinto Saturnaliū libro) omniū grāmaticoꝝ doctissimū alioq; per omnia secutꝰ p̄batur. Saluatorem igitur nostruꝝ. doctorem vtiq; solum ꝛ magistrū vnicuꝝ. sancti patres nostri secuti. qui euangelia sua planissime scribi voluit ꝛ p̄dicari. omnes secularīū litteruꝝ laborantes obscuraq; subtilitates circūeuntes planissima cuilibet verba posuerunt. Ne vel modica verboꝝ difficultate territꝰ legentis animus posset a cepta lectiōe ꝛ discendi studio resilire. Hinc ꝛ in plurib⁹ psalmis hui⁹ psalterij obprobriū non opprobrium vt innuimus reperit scriptū. Et psalmo. cxxxviij. (ne ambiguitatis nota vlla legentē cōturbaret) antiqui ꝛ maiores nostri augustino teste in eodem psalmo eodemq; versiculo scribi voluerunt. Non est occultatuꝝ ossum meum a te quod feciſti in occulto. ne si os dixissent ꝛ scripsissent. an ossis an oris nominatiuus esset dubitare tur. Verba vo augustini ibidem sunt ista. Os suum dicit quod vulgo ossum latine os dicitur. Nam possemus hic putare os eē ab eo quod sunt ora: non os correpte ab eo quod sunt ossa. Sic ergo ꝛ nos loquamur. non est occultatum ossum meum: melius est reprehendant nos grāmatici q̄ non intelligant populi. Vnō ꝛ p̄stianus ipe septimo maioris libro voluminis ossum antiquos dixisse cōmemorat. Deficiet dies si etiam ex gentilium literis exemplis omnia astruere velimus vbi ptemptis regulis artis istius nouissime etiaꝝ nec declinatōem attenderūt poete ꝛ oratores. que qui videre et legere affectant. Macrobij Saturnaliū primū libū. atq; Auligelij fere omnes libros acticarum noctium reuoluant. ꝛ ita eē inuenient ꝛ comprobabunt. Quoꝝ tamen vtiq; exempla huius rei gratia aliqua inseruissem⁹ nisi plixitas exosa p̄bibuisset. Vnde etiaꝝ Augustinus noster secundo de doctrina xp̄iana. in talibus ecclesie dictionum obseruatiōe. ne

mo ait magis q̄ infirmiores offendun
tur. ⁊ eo sunt infirmirmiores quo do-
ctiores videri volunt. non verum scien
tia qua edificantur. sed signorum qua
non inflari difficile est. cum etiam rerū
scientia sepe cervicem erigat nisi domi
nico iugo reprimatur. Hinc ⁊ beatus
Gregorius in prologo sup Job ita in-
tonat. Queso autē vt huius operis di-
cta percurrēs. in his verbor̄ foliis non
requiras. quia per sacra eloquia ab eo-
rum tractatoribus infructuose loquaci
tatis lenitas studiose compescitur. dū
in templo dei nemus plantari, phibet.
Et cuncti p̄oculdubio scimus. q̄ quo
tiens in foliis male lete segetis culmi, p
ficiunt. minore plenitudine spicarum
grana turgescunt. Vnde ipam artem
loquendi (quam magisteria discipline
exterioris insinuant) seruare despexi.
Nam sicut huius epistole tenor denū-
ciat. non metacismi collisionem fugio
non barbarismi confusionem deuito.
situs motusq̄ prepositionum etiam ca
sus seruare contemno. quia indignum
vehementer existimo. vt verba celestis
oraculi. restringam sub regulis donati
Neq̄ enim ab vllo interprete scripture
sacre seruate sunt. Ex quanimirum q̄
nostra expositio oritur: dignum profe
cto est vt quasi edita soboles speciem
sue matris imitetur. Ita inuenies o le
ctor in psalmo. xxx. fugierunt vbi nos
fugerunt. ita transduxi. vbi traduxit di
ceremus. Non igitur inscitie aut igno-
rantie ista ascribas. Ne dum nos imo
non nos sed translatorem expositorē-
q̄ detractionis dente imperas. Origē-
nem. Hieronymū. Augustinū. Cassio
dorum quorum he glose sunt maxios
in omni arte ⁊ doctrina viros (quibus
vel eruditior vel doctior videri nevel)
damnabiliter carpas. Nam Cassiodo-
rum in psalmo. xxxvij. egregius com-
paratiue posuisse. Et in psalmo. xxxix.
in secundo versu videlicet. Et exaudi-
vit p̄ces meas. ⁊ eduxit me de lacu mi
serie ⁊ de luto fecis. lutus masculine, p
lutum dixisse. Et in psalmo. lxvij. pre-
stauit (vbi nos p̄stitit dicimus) in glo-
sa posuisse atq̄ in psalmo. liij. in versu.
Tu vo hō vnanimis dux meus ⁊ no-
tus meus in glosa p̄dicaret rudes ani-
mos eundem scripsisse conspicies. Et
Hieronymus in psalmo. cxiij. in versu
Celum celi domino terram autem de-
dit filijs hominuz. quos illi predicare
runt scripsisse comperies. Cui simil lo
cutio in euāgelio inuenitur. pauperes
euangelizantur. Et in psalmo. xxxvj.
Augustinus dicit fenorat. atq̄ in psal-
mo. liij. in ver. Et non defecit hieronym⁹
dicit fenorauit. Item hieronym⁹
Augustinus ⁊ Cassiodorus in psalmo
xlv. sonauerūt. Et in psalmo. cxviij. in
versu, exitus aquarum deduxerunt ⁊c.
Augustini littera ⁊ trāslatio habet Exi
tus aquarum descenderunt oculi mei
Et in versu clamauit ad te: saluum me
fac. ⁊ greci ⁊ latini nōnulli codices ha
bent (teste augustino) clamauit te, saluū
me fac. In eodem psalmo obprobrauz
non opprobatum ⁊ in textu ⁊ glosa ha-
bes. Atq̄ in psalmo. xxxvj. Cassiodor
textus habet: Nec semen eius egentez
pane. quod in psalmo centesimo vice-
simooctauo. Cassiodorus int ydiomata
scripture censendum deputat. vide-
bis et temptauerunt vt Papias. non
tentauerunt: vt Augustino dicendum
docet. Et in psalmo centesimo quadra
gesimoseptimo in versu: Qui dat niue
sicut lanam. ait niuis est homo cum re
cedit a deo ponens nimis in nominati-
uo. quod tamen non ausi propter in-
doctos inmutatum relinquere quare

ꝓ eo nīl posuimus. Miscꝫ similia hic inde repertre potes. Deniqꝫ in quibusdam collectis conuertere deponentaliter ꝑ conuerti ponitur ⁊ semper auctorem ꝓ autore scriptum impressumqꝫ in glosis offendes: que si oīa emendare conaberis: ignorantiam tuam magis q̄ scientiā in scriptꝭ ostendes Videt vero nobis ita defensantibus scripturam sanctam ab iniurijs grāmaticorum calumniādi ac redarguendi commodasse materiā aduersantibus: dum em̄ difficultatis causa vitāde multa aliter scripta quā nos hodie scribim⁹ exēplis astruximus. inter īpa exempla aliqua: vitanda difficultate videnť granda. verum si habende intelligentie facultatē. causam solam ac rationē earū locutionū affirmassemus non etiā sanctorum patrū canonicꝫ ⁊ diuinissime scripture autoritatē. calumniā istā merito incidissemus. Si quos tñ aīo conturbat. Cur si verborum difficultas tātopere fugiēda est. spiritussanctus per ꝓphetas. immo ꝑ apostolos nonnulla obscurissime scribi voluerit: Illi hoc a nobis nunc responsum habeāt difficilima planissimis vbis ⁊ cuilibet patentibus esse cōscripta: neqꝫ eas difficultates ex verborꝫ significationibus sed oculatis sententijs nasci: vt verborꝫ curiosa obseruatio cultusqꝫ: deo contemptus. simplicitas vero eorundez. amata ꝓbaretur. Ne vero margarite p̄cio sissime porcorum tererent pedibus. et sanctū darent canibus teste glosa Mathei. vij. figuris ⁊ integiminibus velata est scriptura sancta. Insup fm Augustinū in ps̄. cxlvj. in versu. Qui opit celum nubibus. i. scripturam figuris ⁊ sacramentis. vt haberent posteri seruī dī quod interpretando influerent sup aures ⁊ corda audientium excipientium saginā leticie spiritualis. Vel fm Cassiodorum ibidem. vt sensus noster ad querendum incitetur.

Quemadmodum sacra scriptura sit grammaticaliter emēdanda

Iscegik quicunqꝫ ad reprehendendum vl̄ emendandū promptus es. discere certe prius asancto Augustino in libro de doctrina xp̄iana. Et cassiodoro diuinarū institutionuz libro primo. capitulo. xliij. ⁊ sequētibus quemadmodū sacri diuinarum litterarū libri emendandi sint. ⁊ cum plene didiceris: tunc ad limā manum extende. ⁊ que elimanda dinosces. magna cautela reformes. Ita vero ibidem cassiodorus ille orator magnus docendis ait. Nec illa verba in sancta scriptura tangenda sunt. que interduz contra artem quidem humanam posita reperiunť. sed autoritate multorum codicū vendicantur. Corrumpi siquidem nequeunt. que inspirāte dño dicta noscūtur. Et qm̄ interduz casus generaqꝫ nomina vel tempora. humanis regulis nequeunt conuenire. sed tñ eorum vsum ecclesiasticus amplectit. sensus duorum vel triū priscorum emendatorumqꝫ codicum autoritas inquiratur. Scriptum est em̄ in ore duorum vl̄ trium stabit oīe verbum. ⁊ ꝓsumi non licet qđ diuino vendicat eloquio. Expetit em̄ interdum ꝓtermittere humanarum formulas dictionū ⁊ diuini magis eloquij custodire mensuraz. Extra autoritatem vero sacri canonis libros sanctorum patrum siue epistolas siue quecunqꝫ eorꝫ scripta sic emendator ie gat. vt correctōis. eorꝫ mgrīs consocietur secularium litterarum. ⁊ vbicunqꝫ diuersitissimis ꝓbatissimisqꝫ seculariū litterarum hoibus discrepare inuenerit. intrepidus viciosa corrigat. Qm̄ viri su-

pdicti sic dicta sua composuisse credendi sunt. vt regulas artis grāmatice quas didicerant custodisse iudicentur. eis exceptis locis in quibus se non obseruasse pstant. Sicuti facit Augustinus in psalmo. xxxvj. dicens. Quid ad nos quid grāmatici velint. Melius in barbarismo nostro nos intelligitis ꝙ in nostra disertitudie vos diserti eritis. Et Gregorius in plogo moraliuz vt ostendimus non se cauere barbarismos pdixit. ne duz animaduerteret ex acte verboꝝ vicia. incideret forsitā morum. Ex quibus liquido apparet. extra bibliam apta vicia in doctoꝝ scriptiꝝ fore emendanda. que aūt regulis artis ñ obuiant etiam si aliter ꝙ iste prisciaꝰ sine alius opinatus est scribunt ⁊ que scienter sic posuerunt grāmatice artis ignari. relinquēda sunt inuiolata. Sacri vero canonis scriptura etiam a regulis artis grāmatice soluta est ⁊ libera. quapropter dicit canon in dignum xxxvij. dis. Scripture canonice iste honor deferendus est. vt verba celestiꝝ oraculi non restringant sub regulis donati. Addidit vero Cassiodorus. Si quā verba reperiant absurde posita. Aut ex his codicibus quos beatus Hieronymus in editione septuaginta interpꝛtuz emendauit. vel quos ipe ex hebreo transtulit intrepide corrigenda sunt. ne vere ꝓ libido ⁊ passim cuiqꝫ emendandi licentia cōcessa videretur. docuerūt patres ⁊ maiores nostri quēadmoduz quibusqꝫ preceptis obseruatis caute emendaturuz iri oporteat. Unde ⁊ idē cassiodorus subdit. Merito eñ patribus nostris de hac re maxima cura fuerit. ne tunica dñi saluatoris (que scripturam sanctam figurauit) ꝙtruculentis militibus scindere non licuit. lectoribꝰ subiaceat imperitis. Studiat spiritussāctus sinceriſſima. qui donauit. recipiat

illabata qui cōtulit. Tunc nos fideles sibi cognoscit. si dicta ipsius nulla presumptione carpamus. Ista o lector ſpmenti habeto.

Q psalteria propter diuersitatem temporum solam in verbis repertam non sunt emendanda

Eterum nec illud silentio ptere
c undū est. nanqꝫ ⁊ eadem ſverba in diuersis temporibus modisqꝫ ꝓpter translationum varietatem in psalmoꝝ codicibus posita legentes minime solicitent. vt alterū ex altero emēdandū necessarium ducat. verbi gratia in psalmo nono in futuro tempe exacerbabit dñm peccatoꝝ habet gallicana sed hebrea veritas ⁊ translatio romana exacerbauit in pterito. Et in pſ. cxviij. in vau littere octauo versu .ór. intranſlatione hebraice veritatis ⁊ exercebar i iustificationibus tuis in pterito. in gallicana vero translatione ⁊ romana exercebor i futuro .ór. Augustini similit littera pterite habet exercebar. In psalmo quoqꝫ lxxxix. in tertio versu ⁊ dixisti cōuertimini filij hoim. nostra translatio. hebrea aūt veritas ⁊ dices conuertimini filij hoim hz. Ita in eiusdem psalmi alio quodam versu inuenies in nostra translatione verbū preteriti temporis vbi hebrea veritas pſens habere inuenit. Sicqꝫ p totum psalterium in tempibꝰ modisqꝫ verba reperiunt plurimū varia sine vicio derelicta atqꝫ ex translationū varietate autoritatē ⁊ defensionē habentia. ꝓptereaqꝫ emendatione nulla corrigenda. Ut vo ne scribētiū erroꝛe magis ꝙ transferentiū interpꝛtatione varietatē hanc euenisse suspiceris. testē tibi in mediū sctm Hyeronimū ꝓducimus veritatē hanc astipulā

tem in epistola ad Cipꝛianum de expo
sitione psalmi.lxxxix. In cunctꝫ em̃ in-
quit pene locis hanc habẽt septuagin-
ta consuetudinez. vt quod apud hebꝛe-
os futurũ ostendit hoc illi quasi iaꝫ fa
ctum ꝛ pꝛeteritum referant. Aliter igit
Septuaginta. Aliter Hieronymus no
ster verba transtulerũt. que translatoꝝ
autoꝛitate inuariata manere opoꝛtet.
Qui ista legis. foꝛsitan doctus ab emẽ
datione pꝛesumpta manum retrahes.
aut cum timoꝛe reuerentia ꝛ pruden-
tia ad necessariam sanctoꝝm libꝛoꝝ
coꝛrectionem pꝛocedes.

¶ psalteria pꝛopter pũctoꝝ diuersam positionem solã non sunt emendanda.

Nonnã aũt non soluꝫ dictionũ
q verboꝝmq; in lectione verum
punctoꝝm ꝛ virgularuꝫ sensus
bene distinguentiũ obseruanda est ra-
tio atq; ad recte intelligendũ. recta arti
ficiosaq; positio. scire oẽs volumus. nõ
oẽs oim psalmoꝝ versus. ab oibus eti-
am sanctis expositoꝛibus vno eodem-
q; situ ꝛ loco punctari. sed aliter aliter-
q; eundem versum nonnunq; punctuꝫ
virgulis ve distingui. diuersosq; fed nõ
aduersos inde sensus generari. Si qui
dẽ punctationis varietatem. sequi ple-
runq; opoꝛtet sententie diuersitatẽ. Id
q; sine dei voluntate ꝛ pꝛouidentia fa-
ctum nequaq; arbitramur. verum spiri
tussanctus magistroꝝm optimus ꝛ il
lustratoꝛ coꝛdiũ. ijsdem verbis quinim
mo vno eodẽq; plura ꝛ significans et
doctis. vni sancto sensum vnum. alij
alium. ꝛ vni plures ꝛ alij pauciores (si
cuti placuit ac pro captu intellect⁹ vni-
uscuiusq;) inspirans. oẽs tñ a se intẽ-
tos sm varios verosq; ꝛ necessarios. vt
vtiles sensus. varia eoꝝdem sensuꝝ
pũcta distinctionũq; notas esse voluit
Nõ etiã vt factũ credit religiones va-
rie ecclesieq; diuerse ac hoies quicũq;
in diuinis lris studiosi alias atq; alias
sctoꝝ explanationes legentes. variata i
punctis ꝛ pausationũ notis sententias
distinguentibus. p totũ vere mundum
fecerint esse psalteriu. Proinde ista nõ
inutilis varietas. veritatez non minuit
nec impedit vel psalmoꝝ vel gloſaruꝫ.
nec suspectã reddit sed ampliat venu-
stat atq; decoꝛat. Est quippe iste solius
scripture sctẽ honoꝛ ꝛ haud paruus oꝛ
natus (nullis alijs litteris aut scientijs
humano ingenio inuentis vendicand⁹
sed quo sola ipa merito gaudet vtpote
splendoꝛ lucis diuine. speculumq; sine
macula diuinit⁹ inspirata) vnis (ꝛ ita
dicã) vbis variũ. vexꝫ pficuũ ab aspiran
teq; deo intentũ gestare ꝛ parere sensuꝫ
Iste siquidem est (vt Augeni placet)
specioſe eccl'ie vestitus deauratus. va-
rietate circumdatus. Sensus em̃ spiri-
talis ait vestitus ẽ deauratus. qui quo-
niã pluralis est ꝛ varius oꝛnatusq;. re-
cte dicit varietate circũdatus. Eapꝛopt
Cassiodoꝛus noster de diuinis institu-
tionibus libꝛo pꝛimo in fine psalterij.
scripturam diuinã potissimũ psalterij
pauõi pulcherrimo ꝛ lapidi Topasio
cõparans ait. psalteriũ est quedã celestꝫ
spera. stellis densa micantibusꝫ (vt ita
dixerim) quidam pano pulcerrimus.
qui velut oculoꝝ oꝛbibus coloꝛeq; mul
tiplici ꝛ decoꝛa varietate pingit. qui to
tiens diuersos reddit coloꝛes corporis
sui quotiens in eo defixus fuerit ocul⁹
intuentis. Eadẽq; natura topasij eẽ di-
citur vt variato quotienscunq; intuitu
coloꝛ totiens varius appareat. Ita in
psalmis quoq; dum pura nitet veritas
specioſa apparet ꝛ vera sensuũ resplen
dentiuꝫ varietas. Pꝛouenire aũt et

ista punctandi veritatē non solū expositionū diuinitus inspiratarū diuersitate nouerimus. verumetiaz trāslationū interptationū. vtilissima differētia. Ꝯstruere exemplis necessarium aut iustum putak. ne plixitas sit legenti onerosa. tam de variatione punctorum ex translationibus ꝓuenīente vnum. cū expositione diuersa. exemplum alterū sufficiat In psalmi. lj. versu ꝓmo. trāslatio ex hebreo sic habet. Quid gloriaris in malitia potens. misericordia dei est tota die. vbi post potens punctari necesse est. Sed in nostra translatione ante potens. Item in psalmo. v. in versu deduc me dñe in iusticia. scōm vnaz expositionē. ante dirige bene punctuatur. scōm aliam ante ꝓpter. ex vtraqz etenim distinctione sensus redādit bonū. Illa itaqz et puncta et verba romana habet interdum translatio. alia gallicana alia hebrea. et nostra que gallicana est nonnunqz verbis permutatis translationem redolet romanā. interdum etiam hebream. Quapropter admonitos esse oportet oēs ne ꝓpter verborum aut punctorum diuersitatem ad emendationem ꝓuant. sed prius translationuz diuersitate et sanctorum expositionib⁹ glosisqz diuersis diligenter conspectis quod emendatione dignum inuenerit corrigant et castigēt. Neqz eīm propter exhortationem nostram in emendatos libros relinqui volumus. cum reuera ipsi plurimū viciati et scriptorum ignorantia et inaduertentia legentiū. summopere correctore indigeant. sed ne imperiti (vt solent) leui diuersitate vel verborum vl punctorum ꝓmoti. solaqz ignorantia impatientes facti. emendare q̄ nesciunt mollant. atqz emendare se arbitrantes. emendatos codices deterius vicient. mendososqz magis efficiant ībi commemoram⁹. In summa igitur pium legentem quemlibet admonemus vt cautus et mature ac multa discretiōe et pietate viciata corrigat ac emendet.

Qd istud psalterium ꝓpt diuersitatem punctorum et dictionum solam non sit ad formam aliorum emendanduz nec aliorum ad illud

Dum igitur ꝗvel inanis glorie cupidus vel ꝓsumptione tumidus aut indiscreta aut impia deuotione solicitus queqz legit emendare festinat hortamur. ne occasione ex ista varietate accepta. vel ad verba nostri psalterij aliorum psalteriorū dictiones. vel istius verba ad aliorum dictiones transmutare laboret. verum prius discernet si potest an psalterij sui eūdem sensum quem nostri verba animaliū contineant. Et siquidem eundē. nihil cause est cur immutet. Sin vero aliū non tū alienū aut extortū et veritati dissonū sed ꝑium verū vtlemqz exhiberet sinat et verba sua intacta manere et nostra pariter non deleat. cum ita veritas alijs alijsqz verbis eliquata. pulchrior vt diximus ꝓculdubio resplēdeat. Nam et nostrum istud beatissimi antistitis brunonis psalterium. in verbis quandoqz cuz hebrea veritate aut romana interpretatione concordans. abusiuatis nostre gallicane translationis dictionibus dissonat. nec tamen ī verba nostre vsitate translationi diuersa mutauimus in alia. Itaqz nec illa vulgata verba in alijs psalmorum codicibus reperta iubemus nec debemus trāsmutare in nostra. nisi in glo. et ꝓpter glosā ꝓnexā ita faciēdū doceret. Punctatio q̄z ex glosis Hieronymi Augustini ac cassiodori. virorū vtiqz doctissimorū

in isto psalterio facta atq; nonnunq; ex
glosa vnius aliter q; alterius faciendā.
in pleriſq; locꝭ a cōmuni vſitataq; pū
ctatione diſcrepat. ſed nec ꝓpterea fm
nram punctatōem ꝙalia corrigere psal-
teria ſuademus niſi ꝓior pūctatio ſen
ſum veritati cōtrariū aut ꝓrſus red-
dat ineptum. Sin vo puncta in q̄buſ-
libet psalteriꝭ aliꝭs. ſentētiarūq; diſtin
ctiones (z vt paucis totum dicamus)
ſiue etiaz dictos z verba veritatis intel-
ligende ſenſum non inficiant. neq; ave
ra bonaq; intelligētia abducant q̄n po
tius in eandē inducāt. ſicut iſtius pſal
teriꝭ donec manet emendatū verba no
taſq; z puncta fm alioꝝ pſalterioꝝ ex-
emplar etiam bene emendatoꝝ fieri ꝙ
bibemus. ita alioꝝ Codicum punctaz
notas diſtinctionis ſenſuum zverba re
cte emendateq; poſitas. ad illius ver-
boꝝ notarūq; formulas traducere nō
iubemus nec ſuademus. Nihil em̄ ob
eſt vt ait Aug. xij. li. confeſſionū. cū di
uerſa in ijſdem verbis intelligi poſſunt
que tñ vera ſunt ſi alius aliud ſenſerit.
Idcirco ſi q̄s aliud ſenſerit dauid aut
quemlibet ꝓphetā vel autoꝛez ſcripſiſſe
q; alius ſentiat. nihil mali eſt dūmodo
virumq; verum eſt. Quinimo nec ob-
erit (ait Aug.) ſi quiſq; conatur id in
ſcriptura ſancta ſentire q̄ ꝛ ea ſenſit il-
le qui ſcripſit. Si hoc ſentiat q̄ tu lux
omniū veridicarū mentiū oſtendis ve
rum eſſe. etiaz ſi hoc non ſenſit ille q̄
legit. cum z ille verum nec tamen hoc
ſenſerit. ꝓpterea vt cōmemoraūimus.
ſancti dei omnes diuinitus inſpirati. plu
ra vera in vno verſu videntes ac ad cu
iuſlibet veri acomoda puncta figentes
fm variam quoq; translationū diuini
tus conceſſarū veritatē. alia z alia ver-
ba vnicuiq; vero deſeruientia expone-
tes. varietatē illam reddiderūt multuz
amabilez. Id igitur in ſuo pſalterio q̄
nos in noſtro ſategim⁹ efficere' quiſq;
ſtudeat. vt punctis ſignisq; z notis aꝛ
verbis ſiue dictōibus verum ſenſum z
bonum ex approbatis doctoꝝ eccie ex
poſitionibus reddat. ſiue ille ſit quem
z alter in ſuo pſalterio expoſitū habeat
ſiue alius. Sanctoꝝ igitur doctoꝛuz
glose expoſitioneſq; diuerſe verum z ꝙ
ficue ac ex adipe ſcripture ſancte ꝓdeū
tes neminē a legendo abſterreant. que
velut celeſte manna. diuerſum delecta
bilēq; ꝙ capacitate guſtus vniuſcuiuſ-
q; ſapoꝛem reddunt. Digitus etem̄ dei
in eis z ꝙ eos ſcribēs. qui coꝛda ſingu-
loꝝ ſcrutans. multoꝝq; languoꝛib⁹ an
tidota neceſſaria ſcripture ſancte litte-
ris occluſa ꝙ ſanctos viros eiuſdemq;
ſpūſſancti pingmentarios adhibens.
fracto alabaſtro. i. apertis ꝙ eoꝛundem
expoſitōem ſcripturis vngenta anima
rū ſaluberrima effudat. ac ita varijs ſpi
ritualiū ſenſuum odoꝛamentis. totam
domū dei replevit. vt adoleſcentule q̄s
odoꝛe illo ſuauiſſimo tracte. refecte at-
q; confoꝛtate. eſtuanti deſiderio nimio
q; amoꝛe ad amplexus illius alacriter
currant. Cuilibet igit faſtidiendi man
na. ſaltem bonus odoꝛ iſte variarū ex-
poſitionū non ſit in moꝛte ſed in vitaz
eternam. Ne vero de noſtro inflexiſſe
nos aliquid videamur ꝙ ipam ſcriptu
ram ſanctā alabaſtro comparamus vn
genti. Origenis verba in pſalmo nona
geſimo ſcripta attulimus iſta. habem⁹
inquit theſaurum iſtum in vaſis fictili
bus. habemus theſaurum diuinum in
verbis viliſſimis.

Quor sint glose in hoc psalterio positer quid lre capitales in glosis posite significent.

Postremo ne glosularū marginalīū ad psalmos impressaruz ignoretur aut leuis estimet auctoritas. earum nomina autor fide dignissimor assignare curauimus. Sed r ne integre scripta eorundez nomina totiens repetita impressori essent oneri legentibusq; quibuldā etiaz tedio. iporum nominū capita r primas lras decisas cuilibet glose ꝓponere maluim⁹. hocipo significare volentes legentib⁹. vt cuicunq; glose lram A ꝓpositā cernerent. eam vsq; ad finem eiusdem vel alterius autoris nominis primā lram sancti Hieronymi eē nossent. Cui vo A lram ꝓnotatam viderent. eam esse Augustini sancti vel ad finē vel ad aliam alterius autoris nominis primaz lram scirent. Cui aūt glose C lraz prie esse conspicerent eam esse magni senatoris ac oratoris Cassiodori eque vsq; ad capitalē alterius nominis lram seu vsq; ad finem (si nulla in eodem versu lra sequitur) non dubitarēt. Si cui vo glose B lram ꝓmissam intuerent. eaz esse Bede venerabilis presbri intelligerent. Eam quoq; glosam cui G lra ꝓlata est Gregorij magni esse. eadez lra indicaret. Verum vni dūtaxat (si bene memini) glose scz prime in toto psalterio B lra ꝓponitur. Et ad modū paucis glosellis G lra ꝓscripta inuenitur. reliquis omnibus vl A vel C vel A ꝓponitur. Et plerūq; vni glose vna istarum lrarū. nonunq; due. quandoq; etiam etsi rarissime tres ꝓponunt indicātes glosam istam vel vni⁹ illoz vel duorum aut etiam trium esse Hieronymi scz Augustini r Cassiodori. Est quoq; inuenire vnam glosam in duobus vel tribus istis autoribus. cuius tm̄ solum vni⁹ nominis auctoris prima lra ꝓponitur. Quod vel factum est ꝓpter eandez causam r rōnem qua nominū solas lras autorum positas diximus. vel quod istor vnus autorum alium idem scribentē secutus fuerit atq; ideo necessariū nō fuerit cōmēorari vtrūq; vel omnes. Expressimus vo r assignauimus nonunq; oim quor glosa ē autor lris suis nomina. vt quod iam diximus vnam vicz glosam esse pluriuz euidenter ostēderetur r intuentiū oculos exēplaris ostensio delectaret. Sūt vo lre iste autor maiorib⁹ capitalibus nigro colore: tū pp eaz euidētiā r opis ornamentū impresse. tum vt r legenti confusio omnis tolleretur et querenti ocius occurreret quod quereret.

Ceterum r hoc latere neminē volumus. vbicunq; A litera glosis preponitur r hieronymū indicat earū eē auctorem. posset Origenem subintelligi vere earundē glosarū fore autorem. pter glo. vltimā in quinto psalmo inversu: Deduc me que ē hieronymi in epistola ad Sunniam r fretulam. Siquidem in istius cōmentarij ꝓlogo super psalterium (ex quo cōmētario iste glose hieronymo ascripte sunt excerpte) hieronymus fatetur se. que Origenes super psalmos latius disseruerit in thomis r omeliis r ipse digna lectōne arbitrabatur. in hunc angustissimū commētariolum retulisse. Sunt itaq; glosule iste hieronymo assignate r Origenis r hieronymi. illius vt autoris. isti⁹ vt translatoris. r compilatoris. Inde r sibi honor nominis isste merito concessus putatur. vt glosis Origenis nō origenes sed hieronymus prescriberetur. veluti qui superflua amputans. et vtilia hinc inde dispersa colligens exa-

minata, prius et digesta in vnum volumen ꝛ commentarium laboriose. congessit. Videtur quoq; origenis in psalterio eximius abbreuiator Hieronimꝰ sicut ꝛ beati augustini. magnus Cassiodorus. propter quod ꝛ glosulis paucis exceptis quas ipse Cassiodorus post Augustinum noviter inuenit (vt testatur in prologo psalmorum) omnes glose Cassiodori in sententijs sanctissimi sunt patris augustini: licet verba ꝓ dentur esse Cassiodori. Qui igitur nosset in quibus glosis cassiodorus nō declinaret a sententia magni patris Augustini: intrepide allegando Cassiodorum allegaret ꝛ Augustinum. Verum quia hoc nisi frequenter Augustinum super psalmos legenti scitu esse nō poterit: sufficiat discretionez inter eas nescienti. glosam eam cui Cassiodorus ꝓscribitur se scire ꝛ allegādo dicere q̄ sit Cassiodori q̄ nescit esse augustini.

Que sit vtilitas summariorum ac thematuz Collectarumq; atq; qui psalmi sint alphabethodes quidq; nigre littere sūmarijs preposite significent.

Themata itemq; psalmorum sine summarij quibus succinctius materia atq; psalmorum omnium continentia ꝛ autoris intētio cōprehenditur. ac post psalmorum titulos. per modum rubrice vt tituli impressi psalmis preponuntur: eorum sunt autorum. quorum littere nigre illis capitales prepposite nomina indicant. id est Cassiodori Hieronimi Bede. Hieronimi vero pauci qui ꝛ Origenis putantur. Bede quoq; sunt non multi ꝛ siplures q̄ Hieronimi. Cassiodori vero pars maxima ꝛ fere omnes isti summarij ꝛ themata esse probantur. Quorum vtilitatem haud minimaz existimem⁹. cum plerumq; etiam sine glosis nedum ad intrandum intellectu psalmum ianuam aperiant: verum etiam vel totum vel eius partem maximam intelligibilem efficiant. Collecte insuper in fine psalmorum aut circa finem posite. ad eosdem psalmos quorum finem obseruant ꝛ decorant pertinentes. quasi in summa (preter orationis virtutez ꝛ vtilitatem) psalmorum etiam materiam demonstrant: vt duplici vtilitate commendabiles sese reddant vtpote quib⁹ quasi quibusdam epilogis: psalmorum continentia notificetur. ac deus fideliter exoratus reddatur propicius. Demum iam nec illud silentio preterimendum arbitramur. Ius illud quesitum esse atq; prescriptum ex multis pauca excerpentibus vt inter cisa longa verborum serie: breuiori habende sententie quandoq; verbum mutuent. ne imperfecta aut obscura relinquatur excerpta oratio: ita is qui quondaz istas glosulas ex multis patrum dictis veluti virentibus pratis floscules paucos eleganter excerpserat: sententias nonnunq; potius q̄ verba autorum assecutus composuit. vt ꝛ breuitas quesita sensusq; nihilominus integritas simul custoiretur. Quo factum est licet rarissime ꝛ fortasse vix terdecies. vt glose alicuius non verba omnia sed sensus et sententia autoris sic prescripti. Alias vero etiam verba singula non solū sententia est presignari autoris. Si qs igitur curiosius in originalibus eorum glosarum codicibus perquisierit. ꝛ ita vt dicimus factuz inuenerit: non ad cōuicia ꝛ calumnias fidelis excerptoris car: si in aliqua glosella autoris nō omnia verba reperiat. verum magis industriam abbreuiantis (qui potuit verbo

tum omissorum integram sententiam continua z grata atq decora breuitate tenere) admirando collaudet. Plura diximus verumtamen non omnia q̄ voluimus z que dicere hic expediret. Scimus certe scimus si dicēdis hic finem facere z quod sequitur tacere decreuissemus: clamitassent sub pectoris istis multorum cogitationes. Cum sint psalmi multi preter centesimum decimumoctauum alphabethodes. id est litteris alphabeti in versibus distincti. vt est. vicesimus quartus. tricesimus tertius. tricesimus sextus. centesimus decimus. centesimus undecim⁹. centesimus quadragesimus tertius. centesimus quadragesimus quartus. cur istorum psalmorum nulle littere sue aut earum nomina interposita sicut centesimo decimo octauo fuerint. Sed et nobis tacentibus respondet illis Hieronymus in psalmo centesimo undecimo. z Beda post eum his verbis. Denicq z septuaginta interpretes quia aliquis i his litteris scrupulus nascebatur. ponere in translatione hebreas litteras noluerūt Ipsa est ratio cur z nos dubia pro certis appōere formidamus. Cui vero hec ratio displicet ad psalterium suum illorum psalmorum alphabeti litteras cōpingat. nos enim de his alijsq̄ questionibus disputare z scribere etiam carta vetat propterea quoq z premonitionibus auisationibus instructionibus responsionibus atq apologie toti finem dare volumus. Reliqua enim que vel opportune vl necessario dicende restant sequentium prologorum sufficiēter docet institutio. Non ignoramus autem multorum nos maliuolentius ori ista prefatione z apologia exponere. ō tractionisq faucibus escam z inuidie ignibus fomitem ministrare, verum. quia laudis vituperationisq̄ suspitione nihil boni vel faciendum vel omittendum est. veritatiq falsam hominus amicitiam cedere oporteat. simplicius mentibus erroriq z seductioni facile patentibus his monitis atq auisamēntis occurrere voluimus et subuenire. Ne si dicenda hec silentio transissem⁹. incauti nimirum et earum rerum ignari. recte z bene posita. male corrigēdo viciarent ac aliud dicentibus nimis credulas aures comodantes. libris q̄q optime correctis atq autoribus iniuriam actitarent. veritatem denicq q̄ deus est offendentes. sibiq ea⁹ petra⁹ scandali et ruinam faciendo. inde anime periculum incurrerent vnde releuari debuissent. reatusq sui inde reportarent penam vnde veniam animeq salutem referre potuissent. Cum igitur labor iste totus ad salutem tendat non ad interitum animarum. salusq animarum ad gloriam datoris earum. cōsultius diximus rudiloquio isto earundem animarum preuenire periculum. q̄ utemq ac dei gloriam promouere: cū incauto atq nocino nostro silentio simplices incautos atq indoctos inflatis hominibus decipiendos exponere. diuinisq libris et litteris immo earum autori spiritui sancto iniuriam irrogari. eum deniq facere ad iram prouocari. per quem solum iustam dei iram placari. ac peccatorum veniam sperare iubemur et possum⁹ Veritas quippe ait. Qui peccat in patrem filiumq remittetur ei venia⁹ precanti. qui vero contra spiritum sanctum verbum dixerit. neq in hoc seculo neq in futuro ei remissio dabitur. Ne igitur indignationem dei presumptuosi incurrant. monitis his facile acquiescant ne non adquiescendo et opus dei violando non deo psallant sed magis ipsum psallēdo of-

sendant. frustra em̃ psalmoꝝ verba ore
resonant. si corde discordãt ⁊ moribus
dissonant. Propterea psallant omnes
corde. psallant ore. psallant et opere
quicunq; hoc psalterium legerint ora
nerint vel psallerint. vt mereantur in
summo celorum habitaculo cum cele-
stibus ⁊ angelicis spiritibus illoꝝ ⁊ no
strũ atq; oim rerum creatorem vnũ ve
rum eternũ ac sũme bonum in trinita-
te deũ laudare benedicere ⁊ glorificare
eternaliter ⁊ feliciter. Memẽrote que-
so etiã eius ꝓpter deũ in orõnibus vĩs
oẽs qui in hoc psalterio vobis dure la-
borauit.

¶ Incipit epistola beati hie-
ronimi ad paulam ⁊ Eustochiũ
de psalterio qõ rursus ꝑm editi
onez septuaginta correxerat in
qua docet quid sit obelus ⁊ aste
riscus.

PSalteriũ rome oudum positus
emendarã. ⁊ iuxta. lxx. interptes
(licet cursim) magna illud ex
pte correxerã. Quod qz rursum videꝛ
o paula ⁊ eustochiũ scriptoꝝ vicio de-
prauatum. plusq; antiquũ errorẽ quaz
nouã emẽdationẽ valere. cogitis. vt ve
luti quodã nouali scissum iam aruũ ex
erceã. ⁊ obliqs sulcis renascẽtes spinaꝛ
radicẽ. equũ esse dicẽtes. vt qõ crebro
male pullulat. crebrius succidat. Vnõ
psueta prefatione cõmoneo tam vos.
(quibus forte labor iste desudat) q̃ eos qui exemplaria habere istiusmodi
voluerint. vt que diligenter emendant
cũ cura ⁊ diligẽtia trãscribãt. Notet ãt
bi vnusq;sq; vl̃ iacentẽ lineã vl̃ signa ra
diantia: id est vel obelos ÷ vel
astericos ⁂ ⁊ vbicũq; viderit
virgulã p̃cedentẽ. ab eaq; ad
tria puncta que impressimus: sci
at in. lxx. translationibus plus
haberi. vbi aũt stelle similitudinez per-
spexerit. de hebreis voluminibus addi
tum nouerit eque vsq; ad tria puncta.
iuxta theodotionis dumtaxat editio-
nem. qui simplicitate sermonis. a. lxx.
interpretibus non discordat. Hec ergo
vobis ⁊ studioso cuiq; me fecisse sciens
non ambigo multos fore. qui vel inui-
dia vel supcilio malent contemnere p̃-
clara q̃ videre. et turbulento magis
riuo q̃ de purissimo fonte potare.

¶ Hieronymus quoq; in episto-
la ad Sunniam ⁊ fretulam de differ
entia septuaginta interpretum ⁊ he-
braice veritatis. de obelo ⁊ asteriſco sic
ait. vbi quid minus habetur in greco
⁊ translatione septuaginta ab hebraica
veritate. Origenes de translatione the-
odotionis addidit. ⁊ signũ posuit aste-
riscum. id est stellaz. que quod prius ab
sconditum videbatur illumiet ⁊ in me-
dium proferat. Vbi autem quod in he
breo non est. in grecis codicibus inue-
nitur. obelum. id est iacentez posuit vir
gulam. quam nos latine veru possum⁹
dicere. quo ostenditur iugulandum eẽ
⁊ confodiendum quod in autenticis li
bris non inuenitur. Que signa ⁊ in gre
corum latinorumq; poematibus inue
niuntur. Verum ne existimaretur vel
nulla necessitate vel vtilitate ista signa
apposita addidit beatus Hieronymus
in eadem epistola dicens. Que signa
scilicet obeli asteriſciq; sine (vt papias
dicit) asterici dum per scriptoꝝ negli
gentiam a plerisq; quasi superflua relin
quuntur. magnus in legendo error ob-
oritur. Nemo igitur temere despiciat.
quod ignoratum etiam damnum af-
fert

¶ Hieronimus de dyapsalmate siue dyapsalmate ad ruffinū. alias ad marcellam intitulata epistola

Que accepis reddenda cum fenore sunt. fortisq; dilatio. vsurā parturit. De dyapsalmate nr̄az sententiā flagitaras: eplē brevitatē causati sumus: z rem libri nō posse explicari lr̄is p̄texuimus. vex quid ꝓdest taciturnitas mea. cū in eo maior tibi cupiditas silentio ꝓcitet. Itaq; ne te diuti⁹ trahā. habeto pauca ꝓ pluribus. Quidam dyapsalma cōmutationē metri dixerūt esse. alij pausam spūs. nōnulli alterius sensus exordium. Sunt z que richmi distinctōez: z q; psalmi tūc tpis iuncta voce ad organū canebant. cuius diaz musice varietatis. Nobis nihil horum videt. cum aquila qui verboz hebreoz diligentissim⁹ explicator est. Sela (hoc est dyapsalma) semp transtulerit. z inueniamus in psalmoz quoq; fine dyapsalma positū. vt est illud in tertio ventes peccatoz ꝓtriuisti. dñe est salus. z sup populū tuuz benedictio tua. Sela. i. semp. Et in. xxiij. Quis est iste rex glorie. dñs virtutū ipe est rex glorie Dyapsalma. hoc est sp. Et cōtra in psalmis multoz versuum penitus nō inueniat. In. xxx. videlicet. vj. z. lxxvij. z. c. xviij. Rursus nonus psalm⁹ distinguatur cantico dyapsalmatis: cum vtiq; sicut quibusdam placet dyapsalma esse iudiciū silentij non possit. ex quo animaduertimus hoc verbū superioza z inferioza cōnectere: aut certe docere sempiterna esse que dicta sunt. vt est illud i tertio psalmo. Multi dicunt aie mee non est salus in deo suo. semper: z rursum. voce mea ad dñm clamaui. z exaudiuit me de monte sancto suo. semper. Et in quarto. vt quid diligitis vanitatē z queritis mendacium. Sela z infra. Que dicitis in cordibus vestr̄is. z in cubilib⁹ vr̄is cōpugimini. sp. Et i abacuc Deus ab austro veniet. z sctūs de monte pharan. semp. z infra. Juramēta tribubus que locutus es. semp. Scire aūt debes apud hebreos in fine libroz vnū e tribus solere subnecti vt aut. amē scribat. aut sela. aut salon qō exprimit pacem. vñ z salomon pacificus dr. Igitur vt nos solemus cōpletis opusculis ad distinctionē rei alterius subsequentis medium interponere explicit. aut feliciter. aut aliqō istiusmodi. ita z hebrei ea que scripta sunt roborant: vt dicant amen: aut in sempiternū z scripta z scribenda cōmemoraāt: vt ponant sela: aut trāsacta feliciter ꝓtestant: pacē in vltio subnotantes. Hec nos de intimo hebreoꝛum fonte libauimus. non opinionū riuolos. psequētes. neq; erroꝛ (quibus totus mundus expletus est) varietate p̄territi. sed cupientes z scire z docere q̄ vera sunt. Nō si tibi non videt onorosum quid origenes de dyapsalmate senserit. verbum interꝓtaboz ad verbū Cuidam scribens se interroganti. quid sibi verbū vellet dyapsalmatis in psalmis. vel ad quam referatur vtilitatem. inter cetera ait. Et quia nouicia inusta contemnis. saltem veteris vini auctoritate ducaris. Sepe requirens causas. cur in quibusdam psalmis interponatur dyapsalma. obseruaui diligentissime in hebreo. z cum greco contuli. inueniq; quia vbi lingua hebrea: sela. greca vero habet semper. aut aliquid istiusmodi: ibi. lxx. z theodotion et symachus transtulerunt dyapsalma. Neq; vero nocet exēplis affirmare quod dicimus in septuagesimoquarto psalmo cuius p̄incipium est. Cōfitebimur tibi deus confitebimur tibi z inuocabimus nomen tuum. post illud ergo con

firmauī colūnas eī⁹.apud.lxx. ⁊ theodotionem ⁊ symmachū est dyapsal'. p quo apud aquilam.ponderauī columnas eius semp. In quinta autem editione ego sum qui parauī colūnas eī⁹ semp. In sexta vo cōfirmauī colūnas eius iugiter. Porro in hebreo hz post amuda quod est columnas eius. Sela. Et rursum. In.lxxv. cuius principium est. Notus in iudea deus in israhel magnum eius: inuenimus apud.lxx. ⁊ theodotionem.post scutuz et framea ⁊ belluz.dyapsalma.apud symmachuz post clippeū ⁊ gladiuz ⁊ bellū sīt:dyapsalma. Pro quo apud aquilam post clippeum.⁊ gladium ⁊ bellum:semp. In sexta vo post scutum ⁊ gladium et bellum:infinē.eratq; rursum in hebraico post omola ama qō est bellum. Sela. Et in eodem psalmo. Post illuz locum vt saluos faciat mites terre. in sepruaginta dyapsalma. Apud symmachum similiter dyapsalma. ⁊ apud aq̄lam semper.necnon ⁊ apud quintam. in sexta vo:in finē. Et in hebraico erat. post ameares quod est mites terre. Sela. Atq; ita cū talem vniuscuiusq; opinionem repissemus.hec annotauim⁹. vtrum autem cuiusdā musice cantilene atq; richmi. immutatōem qui interpretati sunt.dyapsalma senserint aliud ve intellexerint:tuo iudicio relinquo. Hucusq; Origenes:cuius nos maluimus in hac disputatōne dumtaxat imperitiam sequi q̄ stultam habere scientiam nescientium.

Quid sit dyapsalma. Cassiodorus.

Ater expositores psalmoz de hoc nomine.quedā noscit̄ puenisse diuersitas. Hieronym⁹ hebraice lingue doctissimus inq̄sitor cōtinuatōem spūssancti esse cōfirmat, ob hoc q; dyapsalma significet semp. Beatus aūt Aug.rerum obscurarū subtilissimus indagator(inter ardua sine offensione discurrēs)hāc si potius ptem elegisse cognoscitur. vt magis diuisio esse videatur.nominis ipius.discutiēs qualitatem. Simpsalma quippe dicit̄ greco vocabulo.vocum adunata copulatio.dyapsalma vo sermonū rupta cōtinuatio.docens vbicunq; repertū fuerit.aut psonarū aut rerum fieri pmutatōem. Merito ergo tale nomen illic interponitur vbi vel sensus vel psone diuidi cōprobantur. vnde ⁊ nos diuisiones congrue faciemus. vbicunq; i psalmis dyapsalma potuerit inueniri. Reliquas autem put datum fuerit indagabimus. vbi tamē auctoritas huius nominis non potuerit inueniri.

Q; dyapsalmatū numerus et situs demonstrari nō possit.

